

588 **PASSIO CHRISTI**

mūdo egit, totum ad gloriam & nomen patris sui re
tulit, dicens: Pater in me manes, ipse facit opera. Qd
addunt, **Osanna in excelsis.** est sensus, quod incar
natio & passio domini saluatoris non solum homini
bus salus fuit, sed etiam salus & gaudium angelorum
in celo. **Dum enim** multitudo credentium ad celos
transfertur, numerus angelorum, qui labentibus pra
uis angelis, imminutus fuerat, multitudine gentium
restauratur.

PASSIO DOMINI
nostri Iesu Christi secundū Matthæū,

In die sancto Palmarum Matth. XXVI.

In illo tempore Dixit Iesus discipulis
suis: Scitis quia post biduum pascha fiet,
Et reliqua.

Legitimus dominum ante sex dies pascha uenisse Hierosolymam, cum frequentia turbarū, & cum ramis palmarē. Ab illo ergo die quo Hierosolymā uectus asino intrauit, usq; ad hunc diem, quo hac predicebat apostolis suis, intelligimus p̄cessisse quadrū & supere se biduum usq; ad pascha. Allego rīce uero, biduum significat duo testamento, uetus & nouū, quæ sectatores & obseruatorē suos ad clāritatem uitæ æternæ perducunt. Post biduum uero, id est, post manifestationem duorum testamētorum, uerum pascha in mundo celebratum est. Pascha autem non est græcum, ut quidam autumant, sed hebr̄um. Hebraice enim pesach interpretatur trāscitus. Primo

SECUNDVM MATTHÆ. 589

ideo trāstus, qā in hac die trāst dñs sup Aegyptū, Ac
gyptios uastās, & Israēliticū populū liberās, Deinde,
qā ipsa die transiens exterminator per tegnū Aegy-
priorum, primogenita eorum interfecit. Tertio, qm̄
in hac celebritate festiuitatis, redēptor noster de hoc
mundo transiuit ad patrē, sicut Iohannes plenius ma-
nifestat, dicens: Ante diem festum paschē sciens Iesus
quia uenit eius hora, ut transeat ex hoc mūdo ad pā-
trem. Quarto modo, ut nos mysticē informare emur,
quia per Christi passionem transiut ab hac morta-
litate ad ueram immortalitatē trāsire habuimus.
Et filius hominis tradetur, vt crucifigatur.
Errant qui putant dñm horruisse uel timuisse passio-
nē, cum non solum ante bidū passionē suām prædi-
xit, uere multo ante eandem passionēm prædixerat.
Et instāte eadē passionē, noluit declinare insidias, sed
ex teris ire nolentibus, sponte se ad passionē obtulit.
Multis modis trāditus est dñs: Primū tradidit eū de-
us pater, sicut Paul⁹ apostolus dicit, Proprio filio suo **Roma. 8.**
non pepercit deus, sed pro om̄ibus tradidit illū. Deinde
de tradidit ipse filius semetipsum, sicut idem Paulus
dicit: Qui tradidit semetipsum pro nobis. Tertio tra-
didit eū Iudas Iudæis, Iudæi tradiderunt eū Pilato ad
iudicandū, Pilatus militib⁹ ad crucifigendū. **Tūc**
**congregati sunt principes sacerdotum, & se-
niōres populi in atrium principis sacerdo-
tum, qui dicitur Caiphas.** Reprehendit in hoc
loco iniquitas & malevolentia Iudæorū. Qui enim uī
cino pascha debuerant se præparare, parietes tēpli
leuigare, pauimētum uertere, & hostias & sacrificia,
qua offrenda erant in solennitate paschæ, præpara-
te, & semetiplos ad festū paschæ celebrandum præ-

590 **T** SECUNDVM MATTHAEI

parare, congregantur, ineuntes cōsilium, quomodo
dominū morti tradant. **Dicebāt autem:** Non in die
festo, ne forte tumultus fieret in populo. Sic uis
detur simplex sermo sonare, quasi ob seditionem ca-
uerint Iudei dñm in die festo cōprehendere, timen-
tes seditionē turbarum. Quod nō pcedit, sed potius
ita intelligendū est, quia timebant, ne auxilio popu-
li de manibus illorū tolleretur, quia omnes sicut aphe-
tam eū habebant. **N**e forte tumultus, i.e. ne motio sie-
ret in populo. **L**um aūt̄ esset Iesu in Betha-
nia, in domo Simonis leprosi. Recte exequent
dum putabat euangelista, quid dñs egerit in Betha-
nia ante sex dies paschā, pridie anteq̄ iret Ierusalē seu-
dens asino. **Q**uod aut̄ dicit, in domo Simonis leprosi,
Simonem hunc non debemus putare eo tpe fuisse le-
prosum, sed quia pridē leprosus fuerat, & mirabiliter
a dñs curatus, pristino scilicet noīe pmanente, ad me-
moriā curationis illius, sicut Matthēus publicanus
dicitur, nō quia adhuc publicanus esset, sed q̄a olim
publicanus extiterit. **E**t pulchre dñs ante passionē in
Bethania fuisse legitur. Bethania quippe interpreta-
tur domus obedientiæ, ut aperte ostenderet, quia per
summā obedientiam ad passionē ueniret. **A**ccessit
ad eū mulier, habens alabastrū vnguenti pre-
ciosi. Haec mulier ipsa est Maria Magdalena, de qua
dñs septem dæmonia eiecit. Quæ primū quidem ad
dñm accedēs in domo pharisæi, lachrymis pedes ei⁹
abluit, et capillis tergit. Postmodū uero familiaris do-
mino effecta, ad ipsum caput ungendum accessit. Et
quia multū dilexit, multorum peccatorū ueniā, pte-
ruit. Alabasterū genus est marmoris p̄ciosi, uarijs co-
loribus intermixti, quod ferūt medici optimū esse ad

PASSIO CHRISTI

591

unguenta incorrupta seruāda. [Preciosi] Alius euā-
gelista dicit, quod hoc unguentum fuerit sc̄iōsum, nā
rās illud ex nardo pīstica factū. Nardus aut̄ frutex est
aromatica, pingui & tenui radice, principiū tenēs in
ter om̄es species, de quibus consiciunt unguēra. Pīstī
ca. fidelis, nō corrupta, sicut soleat medici quibusdā
herbis ueritatē unguentor̄ corrūpere. Alius euānge-
lista ut ostēderet hoc unguentū preciosissimū fuisse,
harrat quia ex spīcis nardi fuerit cōfectum. Fit quidē
ex radice optimū, sed sc̄iōsus est, quod sit ex spīcis.
Mystice, deuotio Marīe, fidē ecclesiae significat, quae
dñi quidē caput ungit, cum potentia diuinitatis illi-
us prædicat, dicens cū Iohāne apostolo: In principio
erat uerbū. Pedes ungit, cū infirmitatem humanitā-
tis eius prædicat, dicens cū eodem Iohanne: Et uerbū
caro factum est. Vidētes aut̄ discipuli, indigna-
tis, dicētes: Ur quid perditio hæc? Hic ui-
dentur dissonare Māthæus & Iohannes, cū Iohānes
solummodo hāc indignationem Iudea designauerit,
reddens causam quare indignatus sit in effusione un-
guenti, scilicet quia fur erat, & loculos habēs, ea quæ
mittebantur portabat. Sed trōpus quidam est, qui
appellatur synecdoche, plerūq; singularem pro plu-
rali, frequenter uero pluralet pro singulari numero
ponens. Hoc ergo genere locutionis possumus dice-
re hic à Māthæo positum esse plurale pro singulari,
discipulos uidelicet dicens indignatos fuisse. Dicē-
dum est aut̄, quia si alij discipuli indignati sunt, cau-
sa utiq; pauperium indignati sunt: Iudas aut̄ nō cau-
sa pauperū, sed causa inuidiæ, dolēs sacculis suis sub-
trahi, quod in domini capite fundebatur. Nostis
enīm istud venundari multo, subauditur prelio,

& dari pauperibus. Sciens autem Iesu, astilis: Quid molesti estis huic mulieri? Dou
bonū operata est in me. Mitis & benignus magi-
ster non arguit discipulos de mulieris indignatione,
non addit ad ultimū, ipsum suum pditorem & tra-
ditorē inuidia erga se laborantē, sed dixit: [Opus bo
num operata est in me. Nam semp pauperes habebi-
tis uobiscum, me autē semp non habebitis.] Et hoc
contrarium esse uidetur illi sermoni quo dicit do-
minus: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus us-
que ad consummationem seculi. Sed illud de diu-
nitate accipendum est, istud uero de humanitate:
nam secundum humanitatem non semp cum eis est
moraturus. Nam, inquit, semp habebitis pauperes,
& misericordiam eis poteritis impendere [me autē
non semp habebitis. Mittens em̄ hæc unguentū hoc
in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.] Et est sen-
sus istorū uerborū: Vnguentum quod uos puratis esse
causam perditionis, officiū est mea sepulturæ. [Mit-
tens em̄ hæc unguentum hoc in corpus meum, ad se-
peliendum me fecit.] Id est, corpus meum præuenit
ungere, dum adhuc uiuo, quod factura est mortuo,
si licuerit ei. Legimus namq; quia Maria, posito dño
in monumento, cum alijs sanctis mulieribus emit
aromata & alia unguenta preiosa, ut uenientes un-
gerent corpus dñi. Quod tamē minime implere po-
tuit, quia præuenta fuit resurrectione domini. Hoc
illo pertinet quod dominus ait: [ad sepeliendū me
fecit,]. i. quod mortuo factura est, si licuerit ei, uiuo
mihi exhibere studuit. Amendico vobis, rbi-
cungi p̄dicitum facit hoc euangelium in
toto mundo. dicitur & quod hoc fecit in me-

Moriam eius. Notandum est, quia dñs post biduum
passurus, & crucifigendus a Iudeis, euāgelium suum
predicit per uniuersum orbem esse prædicandū. Præ-
dicatur ergo inter alia miracula saluatoris, etiā Ma-
ria benevolentia, & eius deuotio ab omnibus laudat,
scilicet q̄ caput domini unixerit, quod pedes illius la-
chrymis infuderit, quod capillis terserit. Et non tam
deuotio Mariae prædicat, quam fides & deuotio san-
cte ecclesiae. [Dicetur & quod hoc] subauditur opus
fecit in memoriā eius. **L**uc abijt unus de duō
decim, qui dicitur **Judas Scarioth**, ad prin-
cipes sacerdotum. Dicendo [tunc abijt,] ostendit
hunc nō inuitum dñm saluatorem prodiisse, sed
sponte ad perditionē accessisse, & cupiditate ductū.
eius perditionem promisisse. **Quid vultis mibi**
dare, et ego vobis eum tradam? Non constituit
eis precium, sed in illorū arbitrio posuit, quid ei dare
uellent, ut non dñm, sed quasi uile mācipium uende-
re putaretur. **A**t illi cōstituerunt eī triginta ar-
genteos. Impletū est hoc, quod omnipotens deus
per **Zachariam** questus fuerat, dicens: **Si bonū est in Zach.** in
oculis uestris, afferte mihi mercedem: si aut, quiesci-
re, & appenderunt mercedem meam triginta argen-
teos, decore preciū, quo appreciatus sum ab eis. **P**ro
uniuersis beneficijs que dñs operatus fuerat in eis, tri-
ginta argenteos & precio appreciauerunt eum. **S**cien-
dū uero est, quod Joseph non uiginti aureis uenditus
est (ut quidam putant, scđm quod editio Septuagin-
ta declarat) sed potius uiginti argenteis, ne seruus pre-
cio cariori dño uenderetur. **E**t erinde quārebat
opportunitatem, vt eum traderet. Id ē, oppor-
tunum locū, quo eum tradere posset, quārebat. Quā

PASSIO CHRISTI

opportunitatē quārebat , alius euangelista manife-
stat, uidelicet , ut traderet eū sine turbis . i. sine suffra-
gio populi: quia timebat eū de manibus suis adiuto-
rio populi liberari . **Prima autem die azymoz.**
accesserunt discipuli ad Iesum. Primam azymorum
appellat quartamdecimā diem primi mensis, quando ad uesperam agnus immolabatur. Azyma aut̄ dicebantur reliqui dies septem sequentes, eo
quod sine zyma, id est, sine fermento essent. Non enim
licebat in illis diebus fermentatum aliquid comedere.
Ponitur tamen & azyma pro pascha, & pascha
pro azyma, sicut hic, ubi ipsam festivitatem paschale
azyma appellat. **Ubi vis paremus tibi come-
dere pascha?** Intelligimus in hoc loco , quod Iu-
das simul cum alijs discipulis accesserit ad eum. Pa-
uper (inquiunt) es , & pauperē te nos pauperes sumus
secuti, causa tui amoris, q̄cquid habere potuimus, de
reliquimus, [ubi uis ergo paremus tibi comedere
pascha: At Iesus dirit: Ite in cūnitatē ad quē-
dam, & dicite ei: Magister dicit tempus meū
prope est, apud te facio pascha cū discipulis
meis. Idioma Hebraicæ linguae est, sine denomina-
tione certarum personarū loqui, quod in hac ratiōe
seruatur est. Et pulchre dominus non exprimit no-
men illius, apud quē celebraturus sit pascha, ostendens
quia nemo excipitur à celebritate paschali, quicunq;
cum domino uoluerit ea celebrare. [Et dicite ei: Ma-
gister dicit, tempus meū]. i. tempus passionis meæ
[prope est, apud te facio pascha cum discipulis meis.
Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & pa-
rauerunt pascha.] Alius euangelista dicit, quia eunte
discipuli inuenierunt cœnaculum magnum stratum,

& ibi parauerunt. Non em uacat à magno mysterio,
quod dominus in cœnaculo pascha celebrauerit. Si-
gnificat enim cœnaculo, altitudinem spiritalis intelli-
gentie. Transcensis ergo carnalis literæ instrumētis,
in cœnaculo celebravit pascha, hoc est, in altitudine
noui testamenti, dans nobis exemplum, ut si pascha
cū domino uolumus celebrare, iusta & infima trascen-
damus, & in cœnaculo, hoc est, in diuinæ contempla-
tionis altitudine pascha cum dñō celebremus. [Ve-
spere aut̄ facto, discubebat cū duodecim discipulis
suis] Vesper significat ultimā ætarē, in qua uerus sol
occubuit patiēdo crucē, quā pro salute gñis humani
sustinuit. Hoc ergo uestere discubuit cū duodecim
discipulis suis, hoc ē, quietē æternā per sanguinis sul-
fussonē eis præparauit. [Amē dico uobis, q̄a unus
uestrū me traditurus ē.] Poterat qđem dñs traditō
rem noīatim exprimere, sed noluit, ne impudētia uī
stus, in barathrum negationis incideret. Admonet
ergo illū generaliter ad salutē, ut admoniriōe corre
stus, p̄nitentiā ageret. [Et contristati ualde, cepe
rū singuli dicere: Nunḡd ego sum dñe!] Et uere ual
de sunt contristati, quia non solum nō poterant mor
tem dñi meditari, sed etiam nec audire. Unde Petrus
apostolus audiēs dñm de passione sua loquētem, di
xit: Absit hoc à te, non morieris. Sciebant qđem oēs Matth.
apostoli, quod nil tale in dñm cogitauerūt, sed con
scii suæ fragilitatis, plus magistro quā suæ fragilitati
credentes, dicebāt: Nunquid ego sum dñe? At ipse
respōdens ait: Qui intingit mecum manū in paropē
de, hic me tradet. Jam superius dixerat: [Vnus ue
strum me traditurus est, sed quia ille admonitus non
egerat p̄nitentiam, iā apertius illū designat, dicens]

596 **PASSIO CHRISTI**

[Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet.] Paropsis uas est quadratum, dictum quod sit paribus absidibus, i.e. aquis lateribus. Est autem uas escarum, quod Marcus euangelista catinum appellat, quod est uas fictile. Intelligitur ergo in mensa domini fuisse aliud quod uas escarum, quod contineret liquam, in quo ludas manum cum magistro intinxir, ut bonam conscientiam mentiretur. **Filius quidem hominis videtur**, subauditur ad passionem, sicut scriptum est de illo. Vnde autem homini illi, per quem filius hominis tradetur. Sed usque hodie uero homini illi, qui corpus sui redemptoris non Iudeis, sed membris suis peccatoribus tradit, integratem fidei corruptibilitib. Multi sunt qui scelus Iudea detestatur, quod impie egerit, quod magistrum suum tradiderit: illum autem reprehendentes, ipsi reprehensionem minime in semetipsum cauerunt. Dum enim ueritatem pro pecunia subuertunt, quid aliud quam Christum tradunt? Ipse enim dixit: Ego sum ueritas. Dum fraternalm charitatem aliqua fractione uolant, quid aliud quam Christum tradunt? Vnde scriptum est: Deus charitas est. **Bonum erat ei, sinatus non fuisset homo ille.** Non ira est intelligendum, quod Iudas antea fuisset, uel esse posset, quam nasceretur, qui nec bene nec male agere posset: sed simpliciter accipiendum est, quia melius est non subsistere, quam male subsistere. **Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, dirit:** Numquid ego sum rabbi? Quod dicit rabbi, signum est infidelitatis, uel etiam argumentum est excusationis, quod non dominum, sed magistrum eum uocat: quasi aliquam excusationem habeat, ut non dominum, sed magistrum saltem tradiderit. [Cenantibus autem eis, accepit Iesus panem,

SECUNDVM MATTHAE. 597

Benedixit ac fregit &c.] Expletis solennijs ueteris paschæ , trâsit dñs ad sacramenta noui paschæ demō strâda. Postq̄ cenauit, dedit eis panē & uinū, in mysterio uidelicet corporis & sanguinis sui. Quia enim panis confirmat cor hominis, & uinum auget sanguinem in homine, merito idem panis in carnem domini mutatur, & idem uinū in sanguinem dñi transferetur: nō per figuram neq; per umbram, sed per ueritatem. Credimus em̄, quia in ueritate caro est Christi, si militer & sanguis. Sed quia humana fragilitas nō cōsuevit carnibus crudis uesti, & sanguinem potare, trâslata est eadem caro in panem, & idem sanguis in uinum. Sed merito queritur, cur nos ieiuni tantum sacramentum quotidie sumimus, cum dñs finito conuicio, panē corporis sui & calicē sanguinis sui, in mysterio discipulis suis propinauerit. Ad quod dicendū est, q̄a primū decebat significatiū paſcha cōſummarii, ac deinceps paſcha uero induci. Postmodū uero patres noui testamēti, uidelicet apostoli & sequaces illorum, statuerunt ut in ueneratione tanti sacramenti ieiuniis quotidie sumeretur. Illud uero perpendē dū est, quod à nullis panis solus, neq; uinū sine aqua pmixtione offertur. Quia em̄ dicente Iohanne, aquæ populi sunt, miscetur aqua uino, ut uidelicet nos intelligamus, quia passio Christi pro nobis perpetrata est. Nec paſchio Christi absq; utilitate generis humani celebrata est, & nos sine Christi paſſiōe saluari nō poteramus. Si em̄ solum uinum sine aqua permixtione offerretur, posset talis esse intelligentia, qđ nos absq; adiutorio Christi & passione saluari possemus. Sed iungitur aqua uino, & panis cōſificatur cum aqua, ut apte detur intelligi, quod neq; paſſio Christi si-

399 **PASSIO CHRISTI**

ne salute nostra possit fieri, neq; nra salus sine illius
ad iutorio consistere valeat. [Accepit panē,] quod
erat corpus suū, [benedixit & fregit.] ut ostenderet
corpus suū omni benedictiōe esse repletū, & ita p pas-
sionem esse frangendū, ut tamen diuinitatis plenitu-
dine esset repletū. **Deditq; discipulis suis, et accep-**
Accipite et comedite. Hoc ualeat cōtra eos, q mor-
tuis hoībus eucharistiā largiuūt. Cū em dominus di-
xit, [accipite] statim subiunxit, [& comedite:] quia
non sufficiet accipere, nisi qsc̄ comedat ad salutē suā,
q a quod in uita sua accipere nō potuerunt, post mor-
tem accipere nō poterunt. **Similiter accipiens**
calicem, gratias egit, et dedit illis dicens: Bi-
bite et hoc omes. Ut sciamus, quia quicunque acci-
pit, bibere debet. **Hic est enim sanguis meus no-**
uitementi. Quod enim dicit, **[Hic est noui testa-**
menti sanguis,] ad differentiā ueteris testamenti di-
cit. In ueteri testamento sanguis hircorum & uituloru-
m effundebat, & inde aspergebant, qui mundādi erant.
Qui p multis effundetur in remissiōe pec-
tatorum. Pro omnibus effusus est Christi sanguis,
sed non omībus prodest, sed illis solūmodo, qui cre-
dunt in passionē suam: & illis, qui eōde spiritu sancto
regenerantur, quo Christus in utero Mariæ est cōce-
ptus. **Dico aut̄ vobis, nō bibā amodo de hoc**
genimine uitis, usq; in dīe illum, cū illud bibā uo-
biscum nouū in regno patris mei. **Juxta literam,** p
mittit se nequaquam eis bibitur de genimine uitis,
donec resurgeret à mortuis. Postquā aut̄ resurrexit,
non solū comedit, sed etiā bibit cū discipulis suis, sic
ut Petrus apostolus declarat, dicens: **Nobis q māduca-**
uimus & bibimus cū illo, postq; resurrexit à mortuis.

Actus, 10.

Sed quod altius intelligunt, spiritale mysterium ibi requiri. Vitis enim nois significatur plebs Israelitica, ut in Psalmo, *Vineam de Aegypto transtulisti. Et iterum in Psalm. 72; Isaia, Vineam eum domini Sabaoth, domus Israel est.* Dicit ergo, [Non biba de hoc genimine], i.e. de generatione huius vitis, [donec biba illud nouum in regno patris mei.] Regnum patris sui appellat hic, fidem credentium. At ergo: Non recipi ab hac hora meae passionis carnales victimas ac ceremonias, donec unum dulcissimum bibam. I.e. fidem illos uobis cum in regno patris mei, Nam post resurrectionem illud uinum bibit. Bibit enim dulcissimum uinum de genimine istius uitis, in illis uidelicet, quod post resurrectionem crediderunt predicantibus apostolis, sicut in Actibus apostolorum legimus, praedicante Petro una die credidisse quinque milia, alia die tria millia, & deinceps multa millia: in illis bibit uinum dulcissimum post suam resurrectionem.

Et hymno dicto, erierunt in monte Oliveti.

Hoc est, quod Psalmista ait: Edent pauperes, & sati rabuntur: & laudabunt dominum, qui requirent eum. Hinc etiam consuetudo exorta est, ut quis caelesti pane pasci mur, siue terreno cibo reficiatur, hymnum deo dicamus. Vel etiam hymnum possumus intelligere illam orationem, per quam patri discipulos commendauit, quam Iohannes ad plenum executus est, quem ita inchoatur: Pater, ueni hora, clarifica filii tuu, ut filius tuus clari fieri te: in qua non solum a apostolis orauit, sed etiam pro omnibus qui credituri erant per uerbū illorum in ipsum. Quod autem dominus post cœnam in monte Oliveti existit, aperte dedit nobis exēplum, ut postquam diuino pabulo pascimur, ad culmē uirtutū quātocy-
us properemus. Tunc dixit illis Iesus: Omnes uos

Psalm. 100;
Johann. 13.

600 **PASSIO CHRISTI**

scandalum patiemini in me in ista nocte,] *οκάλαλος*
 enim græce, latine dicitur offendio, siue impactio pe-
 dum. Praedicat enim dominus quod sc̄andalum pasculi
 essent in eum, ut ueniente hora scandali non despera-
 rent, ppter sc̄andalum, sed potius ad p̄nitenitiam con-
 uerterentur. Et pulchre ait, [in ista nocte] qm̄ sicut
 qui inebriantur, nōcte inebriantur, ita q̄ scandalum
 patiuntur, in nocte, hoc est, in tenebris incredulitas
 & ignoratiq; patiuntur. **Scriptum est em̄: Per-
 cutiam pastorem, & dispergeretur oves gregis.**
Hoc in Zacharia propheta scriptum est, alijs quidem
uerbis, & ex alterius persona. Ibi em̄ prophetam per-
 sonam loquitur ad dñm: Percute pastorem. i. Christum,
qui dicit: Ego sum pastor bonus, & dispergeretur oves,
gregis, id est, apostoli, qui relicto eo om̄es fugerunt.
[Postquam autē resurrexero, præcedamus in Ga-
llæa.] Impletū est hoc, qm̄ duodecim apostoli post
resurrectionē abierunt in Galilæam, in monte ubi
cōstituerat illis Iesus. Et uidentes eum adorauerūt.
[Respondens autē Petrus, ait illi: Et si om̄es scanda-
lizati fuerint in te, ego nunquā scandalizabor.] Nō
temeritatis quidē hæc sunt uerba, sed potius ardoris
magni, quem in dñm Petrus habebat. Eodē autē ar-
dore, quo & cætera loquebatur, & faciebat, etiā hæc
loquebatur. Sed Petrus, qui infirmitate sua præsumebat, dñs aut̄ om̄ium conscius, quod
futura erat prædicebat. [Tunc uenit Iesus cū illis in
uillā, qua dicitur Gethsemani.] Gethsemani uallis
est iuxta Ierusalem, in qua monstratur usq; hodie lo-
cus ubi dñs orauit, cum eccllesia super extructa. Inter-
pretatur autē Gethsemani uallis pinguium, uel pin-
guedinum. Non autē frustra in monte aliquā orabat,

Zach. ii.**Johan. xii.**

& aliquā in ualle. In monte ēēm orat, ut tēpore orationis nostrae humiliatē, & cōtritionē cordis nos habere doceat. Et hoc in ualle pinguium siue pinguedinum, ut scilicet oratio nostra condita sit pinguedine charitatis. Vel aliter, in mōte unusquisq; orat, q; cælestis patriæ præmia poscit. In ualle autē nihilominus orat, qui carnalia a deo petit, mortem uidelicet inimici corū, ultionē hostiū, abundantiam temporalium facultatum. Et assumpto Petro, r̄duobus filijs Zebedæi, cœcepit contristari et incestus esse.

Contristabatur, nō timore uicinae passionis, propter quā sufferendā uenerat, sed ppter perditionē Iudæ, & propter dispersionem populi Iudaeorū, & scandalū discipulorū, & euersionem miserae Ierusalē, his causis contristabatur dñs. Tunc ait illis: Tristis est anima mea usq; ad mortē. Errant q; putant dñm nō ueram aīam habere: si em̄ non habuit uerā animam, quare dicit, [Tristis est anima mea usq; ad mortē.] Et notandum est, quia non dicit, ppter mortē, sed usq; ad mortē, hoc est, donec apostolos meos & omnes credentes effusione sanguinis mei redimā. Sustinete hic, vigilate meū. Non admonet ergo dñs uigiliā corporis, quæ tunc tēporis nō erat, sed potius spiritalem uigiliā mētis, ne uidelicet mens apostolorum siue fidelium sopore infidelitatis torperet. Et progressus pusillum, procidit infaciem suā. Procidit autē dñs in faciem suam, ut humilitate corporis, humiliatē mentis demonstraret. Di pater, Blan-
dētis affectu loquitur. Si possibile est, transeat ab
ame calix iste. Orat, ut si fieri possit, quatenus genus humanum saluetur sine passione sua, transeat ab eo calix passionis, non timens eandem passionē sus-

PASSIO CHRISTI

Serre, sed dolens Iudeos tantum scelus admittere in
passione sua. Vel potest aliter intelligi, [Si possibile
est, transeat à me calix iste,] id est, si possibile est, ut
Niniue saluetur, nisi cucurbita aruerit, hoc est, si fieri
potest, ut gemitus per uniuersum mundū libe recur
sione Iudeorū perditione & interitu, transeat à me ca
lix passionis. Sed quia ex infirmitate carnis patribus
dixerat, reddit ad semetipsum: & quod per infirmita
tē abnegauerat, ex diuinitatis persona confirmat, dī
cēs: Venitamen non sicut ego volo, sed sic
ut tu, id est, ut non hoc fiat, quod ego ex parte huma
nitatis loquor, sed propter quod ad terrā tua uolun
tē descendī. Et renit ad discipulos et inuenit
eos dormientes. Quia uidelicet grauari etā tam
tristitia, quā dñi passiōe. Et dicit Petro: Hic nō
potuisti una hora vigilare meū? Ahi diceret;
Quomodo pro me mori poteris, q̄ pro me una ho
ra uigilare non potuisti? Vigilate & orate, ut non
intretis in tentationē. Impossibile est homēm, quan
diu in hac uita fuerit, nō tentari: unde omnes tam in
iusti quā peccatores, quotidie in oratione dicū: Ne
nos inducas in temptationem. Non ergo praecepit dñs
orandum, ut non tēremur, sed ne in temptationem in
ducamur. Aliud est enim tentari, & aliud in tentatio
nem induci. Tentatur quislibet, quādo uel animo uel
corpore in delectatiōe alicuius uitij tristillatur: induci
tur uero in temptationem, si suā delectationi cōperit
cōsentire. Verbi gratia, teratus est autem quidā mar
tyr, cū cogereb̄ dñm negare, sed nō inductus est in re
turbationem. Si em̄ negasset dñm, utiq̄ in temptationē in
duceretur. Hoc ergo precepit dñs, ut orent, ne intrēt
in temptationem, i.e. ne metu persecutorū recedat à lido

SECUNDVM MATTHAEI 603

Christi, ut cogantur illum negare. **S**p̄us quidem
promptus est ad passionē sufferendā, caro aut in
firma. Exponit quare superius dixerit, [tristis ē ani-
ma mea usq; ad mortē,] quod scilicet spiritus illius
promptus erat ad passionē sufferendā, [caro aut in-
firma] ad supplicia tolerāda. Iter secūdo abiit, & ora-
nit, dicens: [Mihi pater, si non potest hic calix transire,
nisi bibam illum, fiat uoluntas tua.] **I**d est, si non po-
test genus humanū sine passiōe mea saluari, uel si nō
potest uniuersus orbis salutem cōsequi, nisi populus
ludrox in perditionem ruat, fiat uoluntas tua. **N**on
secundū hoc fiat qd ex parte humanitatis loquor, sed
proper quod ad terram tua uoluntate descendī. **E**t
relictis illis, iterum abiit, & orauit tertio eun-
dem sermonē dicens. **O**rauit tertio, ut in ore du-
oru uel trium testium stet omne uerbum. **O**rauit au-
tem non pro se, sed pro nobis, scilicet ut illa oratio es-
set discipulorum confirmatio. **T**unc venit ad di-
scipulos suos. postq; orauit ad patrē, & impetrā-
vit alutem discipulorum suorum, uenit ad eos & di-
xit: **D**ormite iā et requiscite. **E**cce appropin-
quabit hora, & filius hoīis tradetur in manus
peccatorū. **S**urgite, eamus. **E**cce appropin-
quabit qui me tradet. Intelligimus, quia cū dixiſ-
ſer, ut dormirent discipuli & requiescerent, aliquātu-
lum tacuisse, ut impletetur quod dixit, & inde dice-
re: **S**urgite, eam. **A**dhuc ipso loquēte, ecce **I**u-
das vnuſ de duodecim. **V**nus nō merito, sed nu-
mero, sicut superius dñs dixit: Nonne uos duodecim **Joban. 63**
elegi, & unus ex uobis diabolus est? **Q**ui autē tradi-
dit eum, dedit eis signum, dicens: **Quemcūq; oscula-
tus fuero, ipse est, tenete eū.** **I**nfelix iudas æstimans

604 **PASSIO CHRISTI**

dominum signa magicis artibus patrasse, recolēs eū
transfiguratum fuisse in monte coram tribus discipu-
lis, & estimans etiam eum in hora passionis suæ simili-
tudinem in aliam mutare, ideo dat signum persecuto-
ribus suis, ut quemcunq[ue] oscularetur, ipsum compre-
henderent, & estimans dominū persecutores suos elu-
dere, & in aliam formā se transfigurare. **Et confe-**
stim accedēs ad Iesum, dicit: Que rabbi. Et
osculatus est eum. Summa dementia infelis lu-
da. Nam osculum pacis porrigit ei, quem uulnus trade-
re persecutoribus suis. Adimpletum est hoc loco qd
per Psalmistam dicitur: Qui edebat panem meū, am-
pliavit aduersum me supplationem. **Amice, ad**
quod uenisti. Duobus modis est intelligendum &
distinguendum est. Sed ita distinguendum est, ut di-
camus, [**Amice, ad quod uenisti?**] ut interrogantis
modo legatur, vox dñi est miser, & crepantis, & do-
lentis quod à summo gradu apostolatus ad apostolati-
am deuolutus erat: ut sit sensus: **Amice, ad quod uenisti?** id est, ad quātum malum deiectus es, ut de apo-
stolo fieres apostata, & de doctore ueritatis, fieres
magister erroris; **Si uero plenam distinctionē ibi fe-**
cerimus, ut dicamus: Amice ad quod uenisti, ut sub-
audiatur, perfice, acsi diceret: Relinque osculum pa-
cis, & impie traditoris officium. **Et ecce vnu ex**
bis qui erant cum Iesu, extendens manum,
exemit gladium suum, et percutiens seruum
principis sacerdotum, amputauit auriculam
eius. Hoc Petrus apostolus fecisse legitur secundum
Iohannem eo ardore mentis, quo & cetera faciebat.
Nam seruus principis sacerdotum, cuius auricula am-
putata est, Malchus uocabatur, q interpretatur rex.

PSECUNDVM MATTHÆ. 60⁵

In quo seruo nihil aliud q̄ Iudeorū populus designatur, cuius dextera auricula amputata est, quia ablatā spirituali intelligentia, sola in eis ariditas literæ remansit, tanq̄ uidelicet sinistra auricula. Sed dñs restaurauit tactu manus suæ auriculā dexterā illius, q̄a in illis, qui credituri sunt circa diem iudicij, spiritale intelligentiā reparabit. Vnde idem rex & seruus principis sacerdotū dicitur. Quōd em̄ rex & seruus? Si rex, quomodo seruus? Sed rex in illis, q̄ fidē Christi accepti sunt; seruus in illis, qui in seruitute peccati remansi sunt. [Tunc ait illi Iesus: Conuerte gladium tuum in locū suū. Oṁnes em̄ qui acceperint gladium, gladio peribunt.] Luxra literam non oṁnes accipientes gladium, gladio pereunt. Nā & multi homicidijs insistunt, & tamē gladio non ceduntur. Sed altius ostēdit esse intelligendū, acsi diceret: Ea temeritate, qua aliū punisuel iudicas, necesse est, ut eadem temeritate à domino puniaris. **T**u putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones angeloz? Ac si diceret: Nō indigeo auxilio duodecim apostolor, qm̄ si uoluerō patrem meū rogare, possum ab eo impetrare duodecim legiones angelor. Legio enim apud ueteres sex millibus constabat. Duodecim autē legiones, septuaginta duo millia efficiunt. Tot autem gentes legunt ad turrim Babel in diuersitatē linguarum diuisa esse. Et est sensus: Non egeo auxilio & defensione duodecim apostolor, qm̄ si totus mundus in necē meā conspirauerit, possum rogare patrem meū, & exhibebit mihi contra unamquāq̄ gentem mille angelos. **Z**anquā ad latronem existis cum gladijs & fustibus & tumultu, ad me comprehendēdum, & in

PASSIO CHRISTI

nocte, qui manifeste uobis in die apparui, & in tēplo
 q̄idie docui. Stultū est ergo cum gladijs me q̄rere, &
 sponte me uestræ potestati trado. **Hoc autotum**
factū est, ut adimplerentur scripturæ prophe-
taz. Id est, ut impleretur uaticinia prophetarum, quæ
 de Christi passione p̄dicta erant, quæ longū est enu-
 merare. **E** quibus unū est: Foderunt manus meas &
 pedes meos &c. **E**t: Sicut ovis ad occisionē ducetur.
Et iter, **A**b iniuitatibus populi mei ductus sum ad
 mortē. [At illi tenētes Iesum, duxerūt ad Caipham
 principē sacerdotum, ubi scribæ & pharisæi cōuenie-
 rāt.] **P**raecepérat oīpotēs d^e Moysen, ut legitima
 successio sacerdotū in perpetuo permaneret. Instāce au-
 tē tēpore dñicæ passionis, destrūcta erat sacerdotalis
 dignitas. **A**deo erat præuaricata, ut quicūq; sacerdo-
 tiū pecunia redimere posset, sacerdos efficeretur. **N**ō
 em̄ seruabatur ibi iam successio generis, sed potius in
 zuitus cupiditatis. **I**ste ergo Caiphas (sicut Iosephus
 narrat) redemerat sibi unius anni pontificiū à Ro-
 manis. **M**irum autē nō est, si iniustus sacerdos, iniustā
 sententiā de dño proferat. **P**etrus autē sequeba-
 tur a longe, vsq; in atriuū principis sacerdotū.
 Diuina uerba sic aliud dicunt, ut tamen aliud intelli-
 gendū significant. Iuxta literā, Petrus a longe cum se
 quebatur, q̄a timebat ne pariter cum illo teneretur.
 Allegorice, longe eum sequebāt, q̄a uidelicet in pro-
 ximo erat eum negaturus. **E**t ingressus introse-
 debat cum ministris, ut finem videret. **V**ela-
 more dñi ingressus est post illum in atrium principis
 sacerdotum, uel etiā curiositate humanitatis, ut vide-
 ret finem illius, an si ei parcerent, & castigatum cum
 dimitterent, an etiā morti adiudicaret. **R**ouissime

Psalm. 21.

Isai. 53.

TSECUNDVM MATTHAE. 607
autem venerunt duo falsi testes, et dicerunt: **Hic**
dicit: Postum destruere templum dei, et post
triduum reædificare illud. Mirum valde est, cur
dicantur esse falsi testes, cum illa dicant, quæ domi-
num alibi legimus dixisse. Sed falsus testis est, qui uee-
ba alio sensu interpretatur, quam ille qui dixerat, sic-
ut isti, qui non solum sensum, sed etiam uerba permis-
taverant. Quod enim ille dixerat de templo corpo-
ris sui, hoc isti interpretari sunt de templo materiali,
quod erat in Ierusalem. Sed in his uerbis quādam ca-
luniam struunt contra dominum. Illi dixerūt, **Pos-**
sum destruere templum dei: ipse autem dixerat, Sol
uice templum hoc, id est, uos soluite, non ego: quia illi
licetū ē, ut nobis metipīs manus inferamus. Illi dixe-
runt, **[Et post triduum reædificabo illud.]** ut de tem-
plō materiali dicere uidetur: ille autem dixerat de
spiranti & animati corpore: **Et in triduo excitabo il-**
lad, quasi dormientē à somno. **Et surgens prin-**
cip̄ sacerdotum, ait illis: Nihil respōdes ad
ea, quæ isti aduersum te testificātur. Prouocat
princeps sacerdotum ad respondendum falsis testi-
bus, ut quem falsi testes damnare non poterant, ex re-
spōsione sua eum arguerent. Sed dominus præuidēs,
quia quicquid diceret, ad calumniam diceret, princi-
pi quidem sacerdotū nulla respōdit, Pilato uero pau-
ca. **Dicit illi Jesus, Tu dixisti, subaudit, q̄a ego**
sum. Et Pilato et principi sacerdotum iisdē uerbis do-
minus respondit, ut utrumq; propria sententia cōde-
mnaret. **Verum dico vobis, amodo videbi**
tis filium hominis sedentē a dextris virtutis dei,
et venientem in nubibus cæli. Illis Iudeis dicit,
quos post suā resurrectionē credituros esse sciebat.

[Veruntamē dico uobis , amodo] . i . ab hachora si-
ue tempore meæ passionis , [uidebitis] . i . intellige-
tis & creditis : [filium hominis sedentem in dextris
uirtutis dei , & uenientem in nubibus cæli] ad iudi-
candum uidelicet . **Tunc** **princeps** **sacerdotū**
scidit uestimenta sua , dicens : Blasphemauit . Quid ad-
huc egemus testibüs ?] Ipse furor , qui eum superius
de solio suo excusserat , ipse etiam furor prouocat eū
ad uestimenta scindenda . Erat autem consuetudo in
populo Iudaor . ut quotiescumq; aliquid durum uel
blasphemiae cōtra dñm audirent , uestimenta sua scin-
derent , ut ex scissione uestimentorum dolorem cor-
dis ostenderent . Quod legimus Paulū & Barnabam
fecisse in quadam ciuitate , cū populus eis uellet im-
molare uictimas & sacrificia , quasi deos adorantes .
Spiritaliter , scissio uestimentorū principis sacerdotū ,
significabat scindēdam esse dignitatem sacerdotij in
populo Iudaorum . In excusione sacerdotis de solio
suo , significabatur uacuum esse remansuram sedem
pontificis in populo Iudaor . **At illi responde-**
res , **dixerunt** : **Reus est mortis** . Impletum est
quod olim Psalmista ex psona domini dixerat : Cir-
cundederūt me canes multi . **Tunc** **eruerunt in**
facie eius , & colaphis eum ceciderunt . Ut im-
pleretur quod prædictum erat p prophetam : Facie
meā non auerti ab increpantibus & conspuentibus
in me . **Alij autē palmas in faciem ei dederūt** ,
dicētes : Prophetiza nobis Christe , quis est qui te pe-
cussit ?] Ut impleretur illud propheticum : Dedi genas
meas uellētibus , & maxillas meas pcutientibus . Et
accessit ad eum vna ancilla , dicēs : **Etu cum**
Iesu Galilæo eras . Quid sibi uult , qd in dñi pas-

Isaiæ. 50

Isaiæ. 50

TSECUNDVM MATT. 609

stone, non vir, sed foemina Petrum ad negandum compulit: Diuinicus hoc actum est, ne uidelicet iste sexus in dñi passione uideretur esse immunis, sed sicut ergo sexus uideretur peccasse in dñi passione. Et congrua similitudine. Sicut enim mulier primū parēt ad peccatum allexit, ita etiam mulier ostiaria Petru ad negandum compellebat. [Et iterū negauit eum cū iuramento, quia nō noui hoīem.] Excusat quidam Petrum apostolū, quod non negauerit Christum dñm, sed potius hominē, quasi diceret: Deum scio, hoīem nescio, quasi minoris culpas sit, hominē negare quam deum, cum constat esse uerum deum & hominem. Sed qui Petru uolūt defendere, Chrm cogunt mendacij arguere, q̄ dixit: Ante q̄ gallus cāter, ter me negabis. [Nā & loquela tua manifestū te facit.] Una quidē erat loquela & illorū q̄ arguebār, & illorū q̄ arguebātur, ut nec dissimilis erat locutio, q̄a oēs Hebrei erāt. Sed q̄a unaquæq; puincia uel ciuitas uernaculū locutionis sonū habet, quē non pōt uitare, ideo dicūte [Nam & loquela tua manifestū te facit.] Sicut legimus in libro Iudicum, quod Ephratæl transeūtes uada Jordanis, cum cogerent ab hostiis ut dicerēt theboleith, quod interpretatur spica, cum nō poterat exprimere, dicebant seboleith. Et recordatus est Petrus verbi Jesu, quod dixerat: Dnius quā gallus cantet, ter me negabis. Et egredius foras, fleuit amare. [Sicut aliis euangelistā dicit, respexit dñs Petrum.] Respectus domini, misericordiam illius designat, qua Petrum dubitātem respexit, & in fide confirmabat: quia p̄tōres etiam quosq; respicunt, & corda illorum ad p̄cūnitiam cōuertit. Et hoc notandum est, quia gallo cantante Petrus ad p̄cūnitiam redit,

PASSIO CHRISTI

quia uidelicet quādo p̄ negligētiā corporis delin-
quimus, per p̄dicatorum admonitionē ad peniten-
tiā redire debemus. Sæpe eīm gallorū nomine p̄di-
catores solent significari. **N**ane autē factō cōsi-
līum inierunt omnes p̄incipes sacerdotum,
et seniores populi aduersus Iesum, ut cum
morti traderent. Notanda est sollicitudo Iudeorū,
q̄ rōta nocte in malū laborauerunt, ut effunderent
sanguinē innocentē, & mane factō cōsilium inierūt,
& tradiderunt Iesum Pilato. Et nō solum Pilato tra-
ditus est, sed (sicut Iohannes clarius manifestat) p̄i-
mū dēductus est ad Annam, deinde ad Caiphā, q̄
principatū inter p̄tifices gerebant eo tpe: tertio du-
ctus est ad Pilatū, nouissime ad Herodē. Et (sicut Lu-
cas euangelista dicit) spreuit illū Herodes cū omni ex-
ercitu suo, & induitū ueste alba, remisit illū ad Pilatū.
Ad oēs missus est, ut oēs eum illuderet, & nemo im-
munis esset à passione Christi. **E**t vinctū durerūt
eū, & tradiderūt. Nōtio Pilato p̄sidi. Cōsu-
tudo aut̄ erat, ut quēcunq̄ morti traderet, vinctū illū
p̄sidi adduceret. **T**ūc vidēs Judas, qui cū tra-
didit, quod dānatus esset p̄cōnitētia ductus,
retulit triginta argēteos principibus sacerdotum &
senioribus, dicens: Peccauī, tradens sanguinē iustū.]
Vidēs Judas dām morti adiudicatū, & se quoq̄ mot-
iū aeternā in proximo esse damnandū, prop̄terea qđ
tradiderit dām & magistrū, p̄cōnitētia ductus, re-
tulit triginta argēteos, quos accep̄erat à principibus
sacerdotū: quasi in eius potestate esset persecutorū
sententiam permutare. **S**ed licet mutauerit uolunta-
tem suam, tunc nihil profuit, quia priorem exitum
non immutauit. **S**ed si Judas peccauit, sicut ipse di-

SECUNDVM MATTH. 611

Kit. [Peccavi, tradens sanguinem iustū,] quid meruerit, qui discipulum ad traditionē sanguinis magistri provocauerunt? **Quid ad nos?** subauditur prīmer. **Tu videris.** Tu (inquiūt) illud probasti cum accepiisti, tu uideris qd acturus sis. **Et projectis argenteis in templo recessit:** et abiēs laqueo se suspendit. Avaritiæ magnitudinē impietatis pondus excludit. Nihil profuit Iudeæ quod penitentiā egit de dñi proditione, qmculam quam cōtraxerat, solvere nō potuit. Sic quicūq; in frēm suum peccar, ut hoc quod in eo offendit, emendare valeat, ei dimitti potest: qui autē ita peccat, ut hoc quod peccauerit, non valeat emendare, nō dimittetur ei. Quia frustra assūmitur in uoce penitentia, quandiu manet culpa. De Iuda autē & de similibus eius p Psalmistā dicit: Et oratio eius fiet in p̄t̄m. In peccatum ergo oratio Iudeæ reparata est, quia non solum prius peccatum soluere nō potuit, sed etiam homicidium proditioni dñi copulauit. **Non licet eos mittere in corbanam,** quia precium sanguinis est. Corban Hebraice, latine interpretatur donum. Quon nomine gazophylacium appellatur, locus scilicet ubi thesaurus à populo oblatus seruabatur. Et impletum est hic, quod dominus improperat scribis & phariseis ante passio nem suam, dicens: **Culicem excolantes, & camelum glutientes.** Si enī in corbanam preciū sanguinis mittere non licuit, multo magis ipsum sanguinem innocentem effundere nō licuit. **Et cōsilio inito, emerunt et illis agrifigulīn sepulturā peregrinorum.** Illi quidē hocalia mente fecerunt, tamen etiam facientes nostrā salutē, puiderunt. **Ager nāq;** domino interpretante, hic mundus intelligitur, figura

612 **PASSIO CHRISTI**

Ius uero ipse dñs ē, q finxit mare & mundū, & omnia
quaे in eis sunt. De precio ergo sanguinis Christi em-
ptus est ager, quia nos qui peregrini eramus à resta-
mēto dei, requie animaे & corporis insanguine Chri-
sti habere cœpimus. Tunc impletum ē, quod di-
ctum est per prophetā Jeremiam dicentem:
Et acceperunt triginta argenteos. Et iehiq.
Hoc exemplum non inuenitur scriptum in Ieremias,
simile aut̄ aliqd in Zacharia inuenimus: prouinde nō
curauit Matthæus euangelista uel primū ponere Za-
chariam, uel etiam postea emendare, quia uidelicet
uniuersa q̄ sp̄s sanctus p̄ ora prophetar̄ locutus est,
& cōmunita sunt omnium, & propria singulor̄. Quic-
quid em̄ dixit Ieremias, reputandum est Zacharię: &
quod Ieremias dixit, & cæteri prophetar̄ locuti sunt,
utique fuerunt Zachariæ. Quia (sicut dixi) uniuersa
q̄ spiritus sanctus per ora prophetar̄ locutus est,
& coia fuerunt om̄i, & propria singulor̄. Et inter-
rogauit eum preses, dicens: Tu es Christus. Tu adiutorius,
quia ego sum. Notandum est, quia hoc quod ei obie-
ctum fuerat a scribis & pharisaiis, hoc etiā Pilatus in-
terrogat, utrum uidelicet se regem Iudeorum esse de-
ceret, sicut scribæ & pharisæi eum accusaverunt. Sed
dñs ira suum temperavit respōsum, ut ueritatem di-
ceret, & tamen sermo illius caluniæ non pataret. Cum
accusaretur a principibus sacerdotum
et senioribus, nihil respondit. Intuendum est, qđ
dñs Pilato interroganti, patiua respondit: idēo, quia
nō suo arbitrio, sed populi accusatiōe eum morti ad-
iudicabat. Principibus aut̄ interrogantibus, nihil re-
spondit, quos sua respōsione indignos esse iudicabat.

SECVNDVM MATTHAE. 63

Vel certe ideo non respōdit, ne si se metipsum digna
respōsione purgaret, utilitas passionis differretur, &
genus humānū sine passione sua saluari nō poterat.
Der diē autē solennē cōsueuerat pr̄ses vnū
dimittere et vincit̄s quem voluissent. Memo-
res em̄ ludū liberationis sūr de Aegypt̄, hāc habe-
bāt consuerūdine, ut in die festo unū uincitum à mor-
te eriperēt, in memoriā suā liberationis, qñ de Aegy-
pro liberati sunt. Habebant autem tunc ynum
yncit̄ insignem, quidicebat̄ Barabbas. Barabbas aut̄ ppter seditionē & homicidiū (sic: Lu-
cas testat̄) cōclūs tenebatur in carcere. Sedente
autem illo p̄o tribunali. Tribunal est sedes ludī-
cis, sicut solū sedes regis, cathedra aut̄ sedes magistri.
Dixit ad eum yro eius, dicens: Nihil tibi et
iusto illi. Tūc primū intellexit diabolus per passio-
nē dñi se potestate, quā habebat in mūdo, priuandū,
& spolijs, quae apud inferos & super eos habebat, esse
spoliandum: & ideo satagere conatus est, ut saltē per
passionem uxoris Pilati dominum à morte retrahie-
ret. Multa enim passiā sum bodie per ysum
propter eum. Notandum est, quia gentilibus s̄pē
omnia reuelātur à deo, nō ob eorū merita, sed aut̄ p̄
scientia futuorū, uel etiā pro cautela aliorū, sicut le-
gimus Nabuchodonosor distributionē omnium re-
gnorū terrā uidisse: et sicut legimus Pharaonē somni-
um uidisse, quod Ioseph cū prudenter differuisset, do-
minus constitutus est in terra Aegypti. Principes
autem sacerdotum & seniores populi persua-
serunt populis, ut peterent Barabbam. Je-
sus vero perderent. Non est mirū si ludū quiete
& pace carent, qui principē seditionis elegerūt, & aq-

614 **PASSIO CHRISTI**

torē pacis. i. dām morti tradiderūt. **At illi dicerūt:**

Barabbam. Barabbas q interpretatur filius magistrus vel patris eorū, typum Antichristi tener, quem ludi in fine seculi pro dñō suscepturi sunt, sicut dñs eis dicit: Ego in nomine patris mei ueni, & nō suscepistis me. Alius ueniet in nomine suo, hūc suscipietis.

Johan. 9

Bñ si Iesus patris eorum. i. filius diaboli, q est pater eorum, sicut dñs eis improperat, dicens: **Vos ex patre dia-**
bolo estis, qm cuius oga quis agit, eius filius ē. Bar-
rabbas, si legitur p duo rr, interpretatur filius magi-
stri, quia rabbi dicitur magister. Si aut̄ legitur p unū
r, & per duo bb, erit interpretatio, filius patris eorū,
quia abba hebraice, latine dicitur pater.

Johan. 8

Cidens autem Pilatus quia nihil proficeret, ied magis tumultus fieret, accepta aqua, manus lauit corā populo, dicens: **Innocēs ego sum à sanguine iusti hu- ius, uos uideritis.**] Legerat fortassis Pilatus scriptū in Psalmo: **Lauabo inter innocētes manus meas.** Et ideo abluit manus, ut exors uideāt esse à scelere do- minicæ passionis, acsi diceret: **Ego, inquit, uolui cum liberare & innocentē ostendere, sed quia rebellionis crimen mihi cōtra Cæsarē impingitur, uos uideritis.** Ego legum minister sum, uox ipsa uestra sanguinem fudit. [**Et respondens uniuersus populus, dixit: San- guis eius super nos & super filios nostros.**] Hæc ma- ledictio perseuerat in Iudeis usq; hodie, & usq; in diei iudicij perseuerabit. Non em sufficit eis ut semetiplos, qui tunc tēporis erant, damnarent, sed etiam om̄em p̄geniem, quæ necdū nata erat, sub hac maledictio- nis noxa cōstringerēt. Manet em sanguis dñi. i. uindicta dñi super Iudeos, & super om̄em p̄geniem eorū usq; in finem seculi. [**Iesum aut̄ flagellatum tradidie-**

sis, ut crucifigeretur.] Inconsequens esse uidetur, ut ille qui superius dñm uoluerat liberare, mō cum flagellauerit, & flagellatum potestati eorū tradiderit. Quod duobus modis soluendū est: Ideo flagellasse, ut satisfaceret legib[us] Romanorū, quorū consuetudo erat, ut is q[ui] morti esset addictus, primū flagellaretur, & postmodū occidetur. Siue ideo flagellavit eū, ut uidelicet illi satiati pœnis illius, cesaret ultra mortem eius petere, ut crucifigeretur. [Cohortem universam cōgregauerunt.] Cohors erat apud Romanos milites triginta. [Et exuentis eum uestimentis proprijs, chlamydem coccineam circūdederunt ei.] Opproprij cauia dño chlamydem coccineā circūderunt, p[er] purpura regali: & p[er] corona aurea, coronā de spinis imposuerunt capitū illius: & pro sceptro imperiali, arundinē in manu dextra illi dederunt. In his autē omnibus nostrae salutis celebratur sacramentū. Quod em̄ dominus coccinea ueste. i. rubro uestimēto induitur, significatur nostrorum peccatorum suscep[t]io: quoniam cum sine peccato esset, nostra p[re]tā in semetipso suscep[t]it. Quod autē spineam coronā in capite accepit, hoc significabatur, quod p[re]tā nostra qua[er] p[er] spinas intelliguntur, ipse esset ablaturus à nobis: & maledictū, q[ui]d primo homini dicitū est, Terra tua spinas & tribulos germinabit tibi, per suā passio[n]ē solueret. Quod autē arundinem in dextra manu ferbat, designabat se sacrilegium Iudeorū scribere. Siue etiā hoc significabatur, quod in sua passione uaticinia prophetarū implebantur. Solemus em̄ calamo plerung[is] scribere. Et in calamo uenenata aīalia occidit. [Ave rex Iudeorū.] Quasi dicerent, q[ui] te dixisti regem esse Iudeorū. [Et expuentes in eum, acceper-

616 **PASSIO CHRISTI**

runt arūdinem, & percutiebant caput eius. **I**semel
 hoc factū est dño corporaliter, quotidie h̄ereticī hoc
 faciunt, qui spiritualiter caput eius peccant, & in faciē
Cor. ii. illius spuunt. **C**aput ēm Christi deus est, teste Paulo
 apostolo. **C**aput ergo Christi peccat, quisquis in illo
 diuinitatem illius abnegat fuisse, sicut **A**rius, qui di-
 cit filiū minorem esse pāre. In faciē spuit, q̄squis præ-
 sentem illum in carnē uenientem denegaverit, sicut
Manichætus, qui dicit ueram in Christo nō fuisse car-
 nem. [Et postquam illuserunt ei, exuerunt illū chla-
 myde, & induerunt eum uestimentis suis.] **Q**uandiu
 dñs illusionem passus est, & spura sustinuit, & corona
 spineam in capite habuit, non p̄pria uestimenta ha-
 buit induita, sed aliena. **M**ox aut̄ ut hora d. **H**ec tōis
 transit, p̄pria uestimenta resumpsit. **Q**uiā quod pas-
 sus est, & quod flagellatus est, non fuit p̄prium diu-
 nitatis illius. **Q**uod aut̄ die tertia resurrexit, quasi p̄-
 prium uestimentum resumpsit, q̄ quod significabat,
 quod ad horam mortem erat gustaturus, & iterum
 ad tempus pacta passio de sepulchro resurrecturus.
Isai. 53. Impleta est in eo p̄phetia quæ dicit: **V**t faciat opus
 suum, alienum est opus eius: ut operetur opus suum,
 peregrinū est opus eius ab eo. **V**t ēm operaret opus
 suum. i. salutē generis humani, opus illius alienum
 fuit, quia passionē quam pertulit, eius diuinirati alie-
 na fuit. **E**xentes autē, inuenierunt hoīem **C**yrenā
 nomine **S**imonē, hunc angariauerūt ut tolleret cru-
 cēm eius. **N**ō est contrarius **M**atthæus Iohanni eu-
 angelista, qui scripsit dñm crucem sibi baiulasse, sed
 intelligēdum quod primum exiens de prætorio, cru-
 cēm sibi portauerit: deinde uero obuiante **S**imone,
 angariauerunt cum ut tolleret crucem dñi, usq; ad lq;

sum quo sigenda erat, quod à magno mysterio non
uacat. Siquidem Simon qui interpretatur obediens,
gentilem populum designat. Vnde bene Cyrenus
fuisse dicitur, qui hæres interpretatur. Nam de gētū
populo à deo patre filio repromittitur: Dabo tibi gē
tes hæreditatē tuā, & possessionē tuā terminos terre:
In locū qui dicitur golgetha quod est calua
tæ locus. Quidā locū caluariæ dictū autumāt à se
pultura primi parentis, eo qđ caput, hoc est, caluaria
ip̄sus, eodē loco sit tumulata. Quod p̄spicue falso sum
est, quidelicet (sicut liber Iesu Naū refert) nō iuxta
Ierusalem, sed inter Hebron & Cariarharbe tumula
tus est. Verior ergo sensus est, qđ caluariam dicimus
locum illum ex consuetudine antiqua, siquidem ex
tra oēs ciuitates locus depurat⁹, ubi reorum capita
detruncabantur. In caluaria ergo ibi truncabātur ca
pita eorum. & recte idem locus caluariæ nuncupaba
tur, i. à capicibus damnator⁹. Et merito ibi dominus
crucifixus est, ut ubi prius erigebant aræ damnator⁹,
ibi erigerentur vexilla martyrij. Vel ubi abundauit
delictum, superabundauit gratia. [Et dederunt ei bi
bere uinum cū felle mixtū]. Impletū est hic quod p
Prophetam dicitur: Et dederunt in escam meā fel, & Psalm. 65

in siti mea potauerunt me aceto.

Quod erant, hoc ei
dederūt. Ipsi em̄ erant acetū, degenerantes à uino pa
triarchas & p̄phlerarum, & nequaquam aliud ei poterāt
dare, quām quod erant. Quod aut̄ dicitur, [Et cū gu
stasse, noluit bibere,] & non accepit: uinum fellitū
qđem gustauit, sed nō babit, aperte designans, quod

passionem & mortē ad tēpus suscepit, sed in tēternū

eadem morte teneri noluit. [Postquam aut̄ cruci
fixerunt eum, diuiserunt uestimenta eius, sortem mit

qq v

613 **PASSIO CHRISTI**

tentes.] **V**estimenta quidem dñi diuiserunt, sūg tun
cam uero quæ inconfutabilis erat, & diuidi nō poterat,
sortem miserunt. **V**estimenta etenim dñi significat ele
ctos illius. **Q**uadripartita autē uestis illius, ecclesiā
designat, per quadripartitum orbem diuisam. **T**uni
ca autem illius inconfutabilis desuper textra, unitate ipsi
ecclesiā designat, quia omnis uniras regni in corpo
re sancte ecclesiæ consistit, **Q**ua unicas nō humano
arbitrio, sed diuina dispensatione regitur, per charita
tem dei omnipotētis, de qua Paulus apostolus dicit,

L.C.02.12.

tem de omnipotētis de qua Paulus apostolus dicit: **A**dhuc excellētiorem uia uobis demonstro. Ideo iuge eadem tunica desuper cōtexta perhibetur. [Etim posuerūt super caput eius causam ipsius scriptam.] Causam uidelicet mortis capitili illius superscripserūt. **D**ic est rur. **A**d uero. **E**t si.

Dic ei rex Iudæor. Et scripserunt hoc Hebreis literis, Græcis & Latinis, ut Iohannes euangelista dicit, quia tunc temporis hæ tres lingue principatum tenebat inter reliquas linguas. Hebraica propter ludos gloriante in lege, Græca aut propter gentiliū philologhos, Latina autem propter Romanos, qui tunc temporis omnibus gentibus imperabantur. Velint nolint Iudæi, oīs lingua & oīs natio confiteretur quod Iesus est rex Iudæor, hoc est, oīm in se credērium & se confitentius. **T**unc crucifixi sunt cum eo dno Iacrone & unius eiusdem sacerdotis, Sc. S. C. & dno

J. Fair. 53

cum inquis deputatus est. Allegorice autem duo latrones, qui cum dño crucifixi sunt, significant duo genera hominum, qui sub confessione nostris Christi, vel agone martyris, vel arctioris uitae instituta subeunt. Illi enim qui solo intuitu remuneratiois super se talia assumuntur, laude & merito dextro latroni coequantur. Illi autem

SECUNDVM MATTHAEI. 619

qui qualibet alia causa, uel agonē martyrij, uel arctoris uitæ instituta ducunt, finistri latronis pfidia desi gnant, q̄ sub confessione nois Christi, sed nō amore il lius arctioris uitæ instituta subeunt. **Præter eūtes** autē blasphemauerunt eū. Prætereunte dicuntur, q̄a præterierunt uitā i. Christū, mouētes capita sua contra dñm, qui prius mouerant pedes à rectitu dine uitæ iustitiae. **Elios saluos fecit,** seipsum non potest saluum facere.] Veline nolint ludæi confiten tur, quod dñs Iesus alios saluos fecit. Sed q̄a alios fe cit saluos, cōsequens est, ut etiam semetipsum saluū faciat si uult. Sed si dominus tunc temporis in illorū insultatione de cruce descenderet, etiam illorū insultationibus cedens, uirtutem patientiæ nobis nō mō strarer. Sed sustinuit dominus probra, & irrisiones p tulit. Plus eī fecit, qui de cruce noluit uiuus descendere, de sepulchro surrexit mortuus, & non credide rūt ei. Plus eī fuit de morte resurgere, q̄ de cruce ui uens descendere. [Idipsum autē & latrones, qui cruci fixi erant cum eo, improberabant ei.] Hoc synecdo chicos intelligendum est. Non enim uterq; latro domino insultauit, sed sicut Lucas distinctius loquens manifestat, uno in blasphemia perseverante, alter de cruce increpauit eum, dicens: Nūquid & tu times de um, quod in eadem damnatione es? Nos quidem digna factis recepimus, hic autem quid fecis? Et conuer sus ad Iesum, dixit: Memento mei dñe, dū ueneris in regnū tuū. Possumus autē dicere, quod primū quidē uterq; latro dñm blasphemauerat, sed uisa magnitudine signore, obscuratione uidelicet solis & cōmotio ne terræ, & apertione sepulchrorū, unus cōfestim pœnitiētiā egerit, alter uero in blasphemia pœuerarit.

620 PASSIO CHRISTI

A sexta autem hora tenebrae factae sunt super uniuersam terram, usq[ue] ad horam nonam. Sexta hora dominus crucifixus est, secundum tres euangelistas. **N**a qd[em] Marcus confirmat eum tertia hora esse crucifixu[m], ad uoces Iudeor[um] debemus respicere, quorū uocibus terzia hora crucifixus est. **B**ene autē dñs sexta hora crucifixus legitur, quoniam eadem hora legimus primū hominem in paradiſo peccasse; & dignum erat, ut p[ro] passionem filij dei eadē hora redimeretur. **Q**uidam autem contraria ueritatis sancti euangeliū intelligētes, dicunt naturale solis deliquium contigisse, quod nō intelligentes apostoli, iuper domini passionem interpretati sunt. **Q**uib[us] respōdendum est, quod deliquum solis nunquam nisi prima luna fieri potest. **C**onstat autem festinatae paschali, quando crucifixus est dominus, plenilunium fuisse. **N**e autem ista solis obscuritas repente & subita fuisse dicatur, non solū una hora, sed etiā tribus horis protelata est, id est, a sexta hora usq[ue] ad nonam horam. **C**redendum uero est, qd[em] sicut sol super terras obscuritatem passus est, ita etiā luna sub terris radios lucis sua abstraxit. **I**mpleta est hic prophētia Ioeлиis dicentis: Sol conuertetur in nebras, & luna in sanguinem. Subtraxit autem radios suos, ne uel moriente dñm suum in cruce uidereret; siue etiam, ut Iudei ministri iniquitatis lumine illius non fruerent. [Et circa horam nonā clamauit Iesus uoce magna, dicens: Eli, Eli, lamma Sabachthani.] **S**ic uite, & lassari, & domire non est proprium diuinitatis, sed humanitatis: ira etiam h[ab]et vox ex parte humanitatis processit, nō ex parte diuinitatis. **N**secundū diuinitatē nunquā relinquitur à patre, secundū uero humanitatē ad tempus uisus est derelinqui-

Joelis 2.

TSECUNDVM MATTHEI. 62

à patre, quando permisus est cruci affigi. **E**nīm dicitur deus: i. meus: lamma, ut quid' sabachrani dereliquisti mē. **E**liam vocat iste. Hoc non Iudeos, sed Romanos intelleximus dixisse milites, quia nō intellegebant Hebraicā proprietatem. Sed si quis contentiosus extiterit, & dixerit non à Romanis, sed potius à Iudeis dictum fuisse, non aberrat à fide: quoniam more solito quicquid diceret dominus, ad infamiam detorquent. **E**t cōtinuō currēs ynuſ ex eis, acce p̄am spongiam impleuit aceto, & impoſuit arundini, & dabat ei bibere.] Quod erant, hoc ei propinabant, quia iam à uno degenerauerant, id est, à bonis operibus patriarcharum & prophetarū. Spougia caueriosa significat cot Iudeorū malitiosis fraudibus plenum. **H**ysopus autem herba humilis, & peccatis purgās, humilitatem Christi designat. **H**ysopō circundederunt spongiam, quoniā humilitate Christi circundederunt: & circumueniente putauerunt, quādūrāns fraudibus circundederunt. **C**alamus autem in quo posita est spongia, significat scripturam quæ hoc facto implebatur. **J**esus autem itez clamās voce magna, emisit spiritum. Diuinā potestatis indicium, spiritum emisisse. Nemo enim potest spiritū emittere, nisi creator omnium spirituum. Spiritū autem pro anima posuit, quia anima ut sit spiritualis natura est, sicut in Psalmo legimus: Auferes spiritū eorum, & deficient. **E**t ecce velum templi scissum est in duas partes, a summō yloq̄ deorsum. Duo erant uela templi, unū interitus ante arcā, & aliud extensus ante altare. **V**idetur ergo beato Hieronymo illud exteritus velum scissum esse, ut paterent nobis sacramenta cælestia, quæ in veteri testamento tenebā

PASSIO CHRISTI

tur occulta. Et non solum uelū templi scissum est, sed etiam uirtutes angelicarū potestatū ibi auditæ sunt, dicentiū: Trāseamus ab his locis, uel sedibus. **Et terra mota est, & petræ scissæ sunt.** Luxta literā com motione terræ & petraꝝ scissio, terrorem creaturarum significat, non sustinentiū mortem dñi sui. Sed si altior rem intelligētiā ibi requiramus, per cōmotionem terræ & scissionem petraꝝ, significatur terrenos cor da hoīm ad p̄c̄nitentiā cōmouenda. **Et multa corpora sanctorum, quæ dormierant, surrexerunt.**] Sicut Lazarus suscitatus est, ita & isti suscitati sunt, ut domino resurgentī testimonia perhiberēt. Licet eīm domino pendēte in cruce monumenta apia sunt, tūc nemo illoꝝ sc̄dōꝝ surrexit, usq; quo dñs resurgeret, ut ipse esset primogenitus ex mortuis. [**Venerunt in sanctam ciuitatem.**] Sanctam ciuitatē appellat Ierusalem, non qđ iunc sancta esset, sed qđ olim sancta fuisset propter cultum unius dei, nomine scilicet pristino permanente. [**Et apparuerunt multis,**] nō omib; sed illis duntaxat, qui digni fuerunt eorū uisioꝝ. [**Centurio autem, & qui cum ipso erant, custodiens Iesum, uiso terræ motu, & his quæ siebant, timuerunt ualde,** dicentes: **Vere, filius dei erat iste.**] In fide centurionis, qui gentilis erat, fides omnium gēnū designatur. Credente autem centurione, Iudæi nou solum non crediderunt, sed etiam timuerūt: quia gentibus Christū suscipiens ibus, Iudæi in sua perfidia remanserunt. **Eabant autem ibi mulieres multæ a longe, quæ securæ erāt Iesum à Galilæa ministrantes ei.**] Consuetudo erat apud Iudæos, nec reputabatur ad culpam, si mulieres religioſæ ministrarent preceptoribus suis de substantia sua. **Quod Paulus apo-**

SECUNDVM MATTHÆ. 62

Volus, ne scandalum gentibus faceret, uitauit, dicendo: **Nunquid potestatem non habemus circunducere disores nostras?** Ha ergo mulieres, quæ uiuēti domino ministraverant, etiam ad passionem procedentem sequebantur, ut cui uiuenti seruerant, etiā mortuo obsequerentur. [Inter quas erat **Maria Magdalene.**] **Maria Magdalene ipsa** est, de qua dominus se prem dæmonia eiecerat. **Dicta autem Magdalene à Magdalo castello.** & **Daria Jacobi.** Mater uide licet **Iacobi & Ioseph,** qui in euāgelio fratres domini appellātur. **Hæc Maria** fuit domini materrera. **Cui** sero autem factum esset, uenit quidam homo discipulus ab Arimathia, nomine **Ioseph,** qui & ipse discipulus erat Iesu. **Hic accessit ad Pilatum,** & petiit corpus Iesu. **Arimathia ipsa est Ramathaim,** ciuitas uidelicet **Elcana & Anna.** Diues autem Ioseph dicitur, nō ob iactantiam scriptoris, ut dominus diuitem discipulum habere uideret, sed ut ostendatur, quia aliter a præfecto corpus domini non poterat impetrare, nisi diues esset. **Tunc enim temporis nemini licebat,** nisi potenti & diuiti ad præsidem intrare. **Diues etem,** & non minus iustus dicitur. **Si enim diues non esset,** corpus domini impetrare non posuisset. **Si autem iustus non esset,** nequam dignus dominica sepulta ra fuisse. **Iungitur autem iustitia cum potētia,** ut impetrat corpus Christi. **Et accepto corpore Christi,** **Ioseph inuoluit illud in sindone munda.** Ex simplici sepultura domini, condemnatur ambitorum diuitium, qui negi in tumulis quidē possunt carere diuitijs. **Et ex hoc possumus simpliciter intelligere,** quod sicut corpus domini linteo puro inuolutum fuit in monumento, ita mysterium sancti altaris non licet

in pannis de auro textis celebrari, sed in multa fina
done. Per significationem emille Iesum, in muda fina
done inuoluit, qui sacramentū illius purā mēte susci-
pit. Et posuit in monumento suo nouo quod
exciderat in petra. Bene in monumēto nouo dñs
ponitur, & non in ueteri, ne scilicet alijs remanenti-
bus, domino resurgentे, alios surrexisse fingant. De

Sepul- monumento ferunt, qui illud uiderunt, quod sit do-
nici forma mus rotunda, excisa de subiacente rupe: & tantæ alti-
tudinis, ut qui intus fuerit, extenta manu cacumen il-
lius tangere possit. Habens introitum ab orientali
parte, cui lapis ille magnus appositus est. In cuius a-
quilonari parte corpus domini iacuit, habēs septem
uel octo pedum longitudinē, trium palmarum emi-
tens à cætero paumento. Erat autem rubri & can-
didi coloris huiuscmodi lapis, quod personæ salua-
toris aptissime conuenit, cui eccllesia in Cätilio amo-
ris dicit: Dilectus meus cädidus & rubicundus. Can

didus scilicet, quia peccatum non fecit: rubicundus,
quia propriæ passionis cruore respersus est. [Et ad-
uoluit saxum magnū ad ostium monumenti, & abiit.] Diuina prouidentia actū est, ut magnum saxum ad-
uoluerint ad ostium monumenti, ne si modicum ad-
uolueretur, calumniam struerent scribæ & pharisei,
quod furto mulierum uel discipulorum sublatum
fuiser corpus Iesu. [Erat autem ibi Maria Magda-
lene &c.] Sancta mulieres, qui dominū ardēs amā-
uerant, etiam morientem usq; funus subsecutæ sunt.
Altera autem die, quæ est post parœscen-
conuenerunt principes sacerdotum & phari-
sei ad Pilatum. Altera autem die, id est, die sab-
bati. Siquidē sexta feria dominus crucifixus est, sab-

Canti. 5,

T SECUNDUM MATT. 628

bato quieuit in sepulchro, octauo, qui est primus, re surrexit. Et pulchro ordine, quia homo sexta die factus es, & deus septimo requieuit die ab omnibus operibus suis, pulchra ratione dominus sexta feria genus humanum sua passione redemit, sabbato in sepulchro quieuit, octauo die resurrexit. Quod etiam pro nostra salute constat esse actum. Siquidem per sex seculi erates cum domino patimur, septima autem, quae nunc est, post domini aduentum in anima cum domino requiescimus, expectantes diem octauum, & resurrectionem generalem, ut receptis corporibus, simus immortales in corpore, & incorruptiones in mente. **Domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuens post tres dicas resurgam.** Et nomine seductoris & furis, licet nolentes, veritatem loquuntur Iudei. Seductor autem est dominus, non a veritate ad falsitatem, a bono ad malum: sed est contrario ab iniustitate ad iustitiam. Fures autem apostoli fuerunt, quia fidem Christi, quam ludare respuerunt, a Iudeis auferre, & ad populos gentium transducere studuerunt. [Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus.] Non autem sufficit scribis & phariseis, ut dominum interficerent cruce, sed etiam ad sepulchrum ipsius custodes adhibuerunt. Et quantum in illis fuit, resurgentem manus opposuerunt. Sed quanto maiori diligentia sepulchro custodes adhibuerunt, tanto nos certiores de fide illius reddiderunt.

SFERIA SECUNDA

Palmarum, Iohannis XII.